

Beneficijs
offendere
in gratia
de maxi
ma.

421 At cur punit Deus Salomonem tamquam ingratum prædictis significationibus, cum videamus tot ingratos impunè trãfrire? Quia Salomon inter omnes Principes maiora à Deo accepit beneficia sapientiæ & magnitudinis: & beneficijs ipsis offendere, maxima offensa est. Quænam gens flagitiosior & perverfior quàm Sodomitica & Samaritana? & tamen iudicavit Deus peiorem Judaicam: *Vicisti eas sceleribus tuis.* Sodomitæ & Samaritani vivebant sine templo & lege, absque sacerdotibus & prophetis: Judæi frucentes his omnibus beneficijs, violabant legem, profanabant templum, despiciebant sacerdotes, ocludebant aures prophetis. Igitur rectè infertur Judæos fuisse peiores: nam obstrictior est ingrator: & qui plus debet, ingratitude plus offendit: siquidem ibi maius delictum, ubi maior est favor.

Ezech. 16.

CAPUT VIII.

Ingratitudo politica Jeroboami cum impietate portavit supplicium Dei.

§. PRIMUS.

Impia, ut vocant, ratio status fecit ingratum Jeroboamum.

Ingratitudo
dicitur cæci-
tas.

422 **I**ngentes esse solent errores ingratitude politice, cui cum defint oculi ad videndum, superest cæcitas ad errandum. Declarato Jeroboamo Regi decem tribuum, dixit Pro-

101
102
103
104
105
106
107
108
109
110

108
106
104
102
100
98
96
94
92
90
88
86
84
82
80

pheta Ahias Dei nomine, si gradum faceret per semitas iustitiæ & veritatis, ut fecerat Rex David, fore ut ejus familia & posteritas retineret sceptrum. Conter-
vatio enim Principum in sola iustitia & veritate sita est. *Loquimini de me coram Domino, & coram Christo ejus: utrum bovem cuiuspiam calumniatus sum, si oppressi aliquem.* Ut Samuel se commendaret Principem sanctum, cur loquitur de iustitia, & veritate, quam observaverat, & non de puritate, qua splenduerat, præsertim agnoscens regimen Heli antecessoris perijisse ex in puritate filiorum? Recens erectus erat Saul in Regem Israelis: idcirco Propheta meminit de virtutibus, quæ magis Regem decent, qualis iustitia & veritas.

Reg. 11.

1. Reg. 12.

Bonum
anima
plurimum
universo
mundo.

423 Contulit Deus Jeroboamo sceptrum, & consilium, ut perpetuaret: & certè plus contulit dans consilium, quàm sceptrum: nam collato scepro constituit dominum Israelis; dato consilio voluit esse dominum suarum passionum: & quidem plus est dominari sibi, quàm universo mundo: nam imperium mundi cadit in bonum falsum & caducum; imperium rationis cadit in bonum verum & spirituale animæ, quod æternum cum sit, stat plaris universo orbe. Diabolus volens expugnare, & in suam ditionem redigere animam Christi Servatoris, illi obtulit torum mundum: *Hæc omnia tibi dabo.* Quia tamquã peritus & industrius mercator probè noverat oblato, & etiam

dato

Consilium
bonum est
magnum
beneficium

dato universo orbe emere vili pretio bonum spirituale animæ, utpote inæstimabilis valoris.

3. Reg. 12.

424 Cum verò esset beneficium scepri magnum existimatione hominum, & re ipsa maius beneficium consilium Dei, Jeroboamus utrique beneficio ita malè correspondit, ut ex quadam falsa status politici ratione Deum deseruerit factus idololatra. Timuit Roboamum Regem Judææ, & proprijs diffidit subditis: nam ingratus ambitiosus omnia timet, ac diffidit omnibus: ut igitur suos à conspectu Roboami faceret alienos, & à sacrificijs, quæ Hierosolymis fieri contendebant, duos erexit adorandos vitulos in Bethel & Dan, prætextu novæ religionis: *Excogitato consilio fecit duos vitulos, & dixit eis: Nolite ascendere in Hierusalem.* Unum vitulum antea adoraverat populus: duo conflavit, & adorandos proposuit Jeroboam: prius peccatum populi, posterius Regis fuit: semper enim maiorum Principum maiora sunt peccata.

3. Reg. 12.

Aurum est
focax ad
expugnandum.

425 Ex auro fuere idola, ut auri rutilantis splendor oculos Israelitarum perstringerent: *Si lapsus fuerit, erit anima pro anima ejus, aut talentum argenti appendes.* Videbatur sufficere ad intentum Michææ corporalis illa pœna infligenda illi qui fugitivum servum dimitteret: cur addit aliam solvendi aurum vel argentum pro illo? Volebat compellere Achab, & ideò fecit mentionem de solvendo argento, ut si manus non daret territus priori pœna, sal-

tem timore solvendi argenti talentum se subiceret: nam aurum & argentum sunt arma potentiora ad expugnandum animos rebelles: & certè idolum, cui maiorem exhibebant cultum Israelitæ, aurum & argentum fuit.

426 Tres parit ingratitude errores, nescientiam, infidelitatem, dolium: ignorat ad negandum debitum: est infidelis, quia fide caret: decipit, quia malitiam parentem agnoscit. In hos omnes incidit errores ingratus Jeroboamus. Deum nescivit, quia illi non credidit: negavit debitum factus idololatra ad conservandum sceptrum. Incredulos deserit Deus, Spiritu Sancto attestante: *Væ dissoluti corde, qui non credunt Deo, & ideò non protegentur ab eo.* Nam idem est negare Deum, atque illi non credere: si enim Deus non foret veritas, Deus non esset. Quando Christus exposuit discipulis se ab eis discessurum, Thomas agnoscendi Dominum cupidus, dixit se ipsos nescire quò tenderent, & viam qua tenderent: cui Dominus: *Ego sum via, veritas, & vita.* Quid? Si Christus se discipulis tamquam Dei filium intendebat manifestare, cur non dicit se regredi ad Patrem, à quo fuerat egressus: *A Deo exiit, & ad Deum vadit.* Quia voluit ut intelligerent discipulos ipsam ex veritate filium Dei esse agnoscendum; nam via ad reperiendū Deum veritas est, & ipse Deus veritas, & vita nostra est: *Ego sum via, veritas, & vita.*

Ingratitudo
no quos er-
roris: parit-
at.

Ecd. 2.

Iean. 14.
Veritas
Christum
ostendit.
Iean. 12.

Veritas
conferens
Principem

427 Fuit Jeroboamus ingra-

tus obliuioſus in non adhibendo fidem Deo, & idololatra ob rationem, ut vocant, ſtatus: nam huiusmodi politica ratio, Principum Deus, ſeu idolum eſt, proindeque inter omnes ingrati tudinis error peſſimus. Siquidem ingrati ac ſtulti Principes, cum accipiant ſceptrum à manu Divina, illius conſervationem quarunt in mendacio humano. Tres ſunt veritates quæ tuentur ac ſervant Principem, veritas in lege, veritas in iuſtitia, & veritas in verbo. Videtur Deus pluriſ veritatem, quam ſe ipſum facere: nam ad ferendum teſtimonium de verbo Dei, venit Baptiſta: *Ut teſtimonium perhiberet de lumine.* At ut teſtaretur de veritate, venit Filius Dei: *Ad hoc veni in mundum, ut teſtimonium perhibeam veritati.* Qui autem non æſtimat veritatem, Deum contemnit, qui eſt ipſamet veritas: *Ego ſum veritas.*

Veritas
quæ ſunt
a Deo
Ioan. 1.

Ioan. 17.

Filius
&
mendacium
deſecti-
ſia.

Ioan. 2.

428 Scelus maximum Jeroboami pullulavit ex fictione, ex qua ſuos ſubditos reddidit infideles: & certè omni caret fide ac religione qui fingit: nam fictio coaleſcit ex malitia & mendacio, cum quibus neque fides, neque lex tuta eſſe poteſt. Chriſtus in templo deiecit pecuniam, & menſas collybitarum, quas invenit: *Numulariorum effudit æs.* Cur non deiecit aves, quæ ibi vendebantur, ſed ſolum præcepit, ut auferrentur: *Auferte iſta hinc?* Quia pecuniam ferebant in templum prætextu religionis ac pietatis, cum re vera ſua lucra & emolumenta intenderent. Foris ostendebat ſe

velle ſuppeditare neceſſaria ſacrificijs, & ſola intus cupiditas attendebatur.

429 De bono & perfecto viro dixit Propheta: *Qui non accepit in vano animam ſuam, nec iuravit in dolo proximo ſuo.* Ex qua radice illi provenit nec dolos neſtere, nec fraudes meditari? Quia bonis fragilibus ex cupiditate non devoverat cor ſuum: *Non accepit in vano animam ſuam.* Immodicus enim bonorum temporalium amor in cor humanum fraudes ingerit.

Fraus &
mendacium
quid odibile.
Pſal. 13.

Religione ficta, & mendaci voluit Jeroboamus conſervari, & ex illa decidit in interitum; Deus enim diu non ſuſtinet fraudulentos. *Mittite eum in tenebras exteriores.* Cur tanta celeritas in expellendo hoc homine à convivio, quo cæleſtes nuptiæ celebrantur? Cur non expectat Dominus nuptiarum finem, ut tradat miniſtris torquendum? Quia cum eſſet peccator, cupiebat videri juſtus, menſa inter juſtos accumbens. Et quævis Deus interdum ſuſtineat peccatores manifeſtos, at non diſſimulat in puniendo Jeroboamos fictos, & fraudulentè reſectos, omnes à ſe, & à ſuo regno eiecit.

Matth. 22.

Hypocriſis
odibilis
Deo.

430 Deſeruit Jeroboamus legem Dei, & rationem politicam conſervandi ſtatum fecit religionem: *Excogitato conſilio.* Et poteſt verti in dubium, quinam fuerit ex erroribus maior, deſerere legem Dei, an ſubjicere legem Dei politicæ rationi? Peſſimus error apoſtaſia eſt: ſed maior malitia velle de errore religionem face-

re;

§. SECUNDUS.

Maximum in Principe ſcelus eſt malum exemplum, quo præit alijs.

432 Decepit Jeroboamus ſe ipſum, ac decepit ſubditos ſuos falſa religione. *Fecit duos vitulos.* Decepit ſe ipſum: quia ſceptum diu ſtare nequit abſque legis Divinæ obſervantia Per Danielem prædixit Deus imperij ruinam: *Cum deficiet hoſtia & ſacrificium.* Chriſtus ſic minatus eſt Hebræis: *Relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* Et ſubdens exitij, ſeu vaſtitatis cauſam, ait: *Dico enim vobis, non me videbitis amodò.* Deo recedente & abeunte, regnum deſicit.

Religioni
deſectus eſt
imperiorum
ruina.
3. Reg. 12.
Dan. 9.
Matth. 13.

433 Decepit Jeroboamus ſubditos ſuos, quia ſe gerens authorem idololorum, omnes in idololatriam impulit, proindeque inter reliquos idololatrias primatum tenuit. Reliqui enim acceperunt, Rex ipſe exemplum præbuit: & quidem præbere malum exemplum eſt maximum in Principe ſcelus. Nam peccatorem eſſe, ingrati tudo hominis eſt: authorem peccati eſſe, ingrati tudo demonis. Quotieſcumque facer Textus meminit de idololatria Iſraelis, nominat Jeroboamum tamquam ſceleris huiusmodi authorem: *Qui peccavit, & peccare fecit Iſrael.* Principis enim exemplum malum non ſolum reddit illum authorem peccatorum totius regni, ſed facit, ut ea omnia ſubditorum peccata in ipſum Principem reci-

In malo
exemplum
Regis peſſimum.

Peccata
populi in
Principem
recidunt.
3. Reg. 14.

Cc 3 dant,

re; cum ſit honorem Dei vertere in ipſius offenſam non ſine maxima injuria. Anima reipublicæ eſt lex Divina, quæ ſi etiam non animet politicam ſtatus rationem, hæc manebit teterrimum cadaver pertinens ac perducens ad Erebum, proindeque in æternum exitium.

Religio
&
juſtitia in
Principe.

Gen. 14.

431 Rex pollere debet religione ac juſtitia: religione Deo ſatisfacit, juſtitia ſubditis. Habet ſe Rex inſtar navarchi, qui ut dexterrimè navim dirigat, modò elevat in cælum oculos, modò deiecit in mare: ſuſpicit cælum, ut obſervet ſtellas duces: deſpicit mare, ut declinet brevia & Syrtes, ne infelici pereat naufragio. Volens Deus favere populo ſuo, dedit illi geminum gubernatorem, ſcilicet Aaronem & Moyſen fratres, alterum Sacerdotem religioſum, alterum judicem integrum: ut ſignificaret in Rege optimo conjungendam eſſe fraterno nexu religionem Aaronis, & juſtitiam Moyſis. *Melchizedech Rex Salem ſacerdos Altiffimi.* Melchizedech idem valet, atque Rex juſtitie, & ideò Rex optimus, quia ſimul Sacerdos & Rex conjunxit in ſe uno religionem erga Deum, & juſtitiam erga homines: quia optimo Regi nihil magis præ oculis eſt, quam religio vera, & juſtitia.



Psal. 18.

dant, sintque illi & alii communia. *Ab alienis parce seruo tuo.* Efflagitabat David veniam peccatorum, quæ subditi commiserant, eò quòd ea sibi malo exemplo appropriaverit.

434 Facit ad proximè dicta sermo Christi cum Nicodemo: *Testimonium meum non accipitis.* Si Christus ad unum Nicodemum loquitur, cur videtur extendere sermonem ad plurimos? Erat Princeps inter Hebræos Nicodemus: *Princeps Judæorum:* idcirco in eo delicta subditorum arguebat; nam populi delicta Princeps in se recipit. Est scelus Principis cum ipso sublimatum in folio, atque adeò cum debuisset omnibus parere despectum, & abominationem, solet reverentiam & amorem conciliare. Diabolica malitia non excogitavit fraudem callidiorè, ut ad flagitia provocaret, quàm flagitiosos, omnique turpitudinum genere contaminatos homines fingere Deos; quia sic possent in divinitate illa ficta suorum scelerum exemplum ac exultationem reperire. Fœmina illa flagitiosa, quæ potabat homines abominationibus, elevata apparuit super montes: *Septem montes sunt, super quos mulier sedet.* Addit sacer Textus plurimos ad perditionem confluisse: proclive enim fuit quòd homines ad peccatum sublimatum, & honoratum accurrerent. Opus est igitur ut Princeps à se abiciat, & despiciat scelera, ne à subditis magni fiant.

Exempla Principis efficacia.

435 Simillimi sunt subditi rotis Ezechielis, quæ semper fe-

quebantur motum Cherubini præeuntis: & quidem homines plus moventur exemplo, quàm lege: nam lex via est longa, exemplum semita brevis. Si optima exempla vim habent multam ad excitandum, pessima longè potentiùs & efficacius excitant. Satis non fuit optimum exemplum Moysis ut ab idololatria detereret populū: *Peccavit populus tuus.* Et satis fuit pessimum Jeroboami, ut in cultum vitulorum impelleret populum, & hic per totanos defereret Deum ejusque legem: *Qui peccavit, & peccare fecit Israel.* Dicebat Ægyptiacus philosophus Principem esse Deorum postremum, & hominum primū; cum enim debeat sectari Deum, & gubernare homines, oportet fieri archetypum cæli, & exemplar mundi. Venenum reconditum intra vas, potest occidere unum vel alterum; si tamen mittatur in fontem, quò tendunt omnes potandi causā, interficiet plurimos; & idèò maximum in Principe scelus est exemplum malum.

§. TERTIUS.

Supplicium ingratitude politica Jeroboami.

436 Interemit Jeroboamus Religio subditos suos veneno falsi cultus; nam vera religio est fons, & honoratum accurrerent. Opus est igitur ut Princeps à se abiciat, & despiciat scelera, ne à subditis magni fiant.

435 Simillimi sunt subditi rotis Ezechielis, quæ semper fe-

rores

3. Reg. 14.

rores secum, cum impietate, portant supplicium; & nihil est quod ingratitude conservetur: ingrata oblivio offendit, infidelitas movet Dei iracundiam, fraus abominationem. *Mundabo* (ait Deus) *reliquias domus Jeroboam, sicut mundari solet fœmus usque ad purum.* Posteritas impiorum evanescit tamquam fœmus: & quicumque Princeps voluerit suam posteritatem conservare & perpetuare, debet gratus esse, & zelator Divinæ legis: nam gratitudo Principis Deum obstringit, & lex Divina observantem conservat. Legem Divinam Christus in mundum attulit, ut ejus observatione mundus conservaretur. Quòd si Deus permittit in aliquod tempus fallum cultum, hujusmodi permisso est in hominum supplicium, & non in Principum conservationem. Hoc exempla vetera testantur, recentiora lugent: *Impius facit opus instabile: & quasi tempestas transiens erit impius.*

Prov. 11.

Supplicium Jeroboami.

Isai. 14.

437 Extincta est ita breviter familia & posteritas Jeroboami, ut in lucessorem ejus, & ipsius impietatis filium Nadab rebellaverit subditus ejusdem Basa, & illum vita spolians, ac sceptro potitus, extinxerit universam familiam Jeroboami, juxta supplicium à Deo præannuntiatum. Sunt impij & tyranni valde similes fulmini, quòd ubi primum circumfuso igne corripit, & absumit omnia, statim evanescit. Idcirco Christus juxta Isaiam affimilat fulguri ruinam Luciferi: si enim ut impius cecidit, & ut ig-

nis exarsit, etiam evanuit instar fulguris: *Videbam Satanam sicut fulgur de celo cadentem.* Instar fulguris brevi duravit in loco, ubi ascendere ex ambitione cupidus appetijt; & nam hoc supplicium consequitur ambitiosos deleriores Dei, qualis fuit Jeroboamus, & ejus liberi.

438 Verum si Deus gravi illo supplicio animadvertit in Principem ob scelus vitulorum, quos erexit adorandos, cur non punit ejus sequaces idololatrias? Quia author sceleris omnem meretur pœnam.

Inter omnes qui in horto carcerum irruerunt in Dominum, soli Malcho Pontificis servo Petrus inflixit vulnus, quin in reliquos illum dirigeret ictum. Cur uno tantum faucato, non vulnerat alios? Malchus præferebat lateram, ut alios duceret: qui vero ad malum committendum prælucebat cæteris, omne in se convertit supplicium. Voluit Deus punire Core, & cum eo ducentos & quinquaginta viros, eò quòd in Moysen seditionem moverent: tunc Moyses & Aaron genibus flexis deprecabantur Deum, ne pro scelere unius omnes plecteret: *Num uno peccante contra omnes ira tua deserviet?* Videbantur ex metu quasi delirantes falsa proponere. Si enim facta seditione tot homines deliquerunt, cur de solo delicto Core mentionem faciunt? Quia Core, fuit caput seditionis, proindeque author totius sceleris, & idèò manebat omnium supplicio obnoxius.

Cc 4 §.

§. QUARTUS.

Impia ratio politici status semper fuit ruina Principum.

Si autem impia ratio est principum ruina.
3. Reg. 15.

439 Elegit Deus Baasam in poenam familiae Jeroboami propter ejus impietatem, ad quod munus ei confert scēptrum: verū Baasa supplicio executioni mandato impius manifestatur instar Jeroboami. Cur sic excācatur, ut non cogitet recens exemplum, ad vitandam culpam, & declinandum supplicium? Quia Princeps arbitratur in sola politica status ratione quantumvis impia consecrationem habere; & certē ingratitudinem Hebræorum idololatria semper associavit. In solitudine deficit à Deo populus ad vitulum, quando Deus eum ducebat per miracula: *Fac nobis deos, qui nos præcedant.* In terra promissionis cumulatus à Deo beneficijs, impletus est idolis: *Repleta est terra ejus idolis.* Cū enim esset populus ingratus, ingratorum idolum diabolus est, & in diabolo omnes ingratitudinis errores reperiuntur: *Venisti huc ante tempus torquere nos.* Extrahebat Christus daemones à sepulchris: *Occurrerūt ei duo demonia de monumentis exeuntes:* & illi querebantur Dominum, quasi ab eo torquerentur: at nullum diabolo gravius tormentum est, quàm offerri ipsi occasionem ad gratificandum: cū enim ille fuerit primus author ingratitudinis, ideo primum idolum mansit ingratorum.

440 Indignatus Deus contra ingratitudinem Baasa, misit ad illum Prophetam, qui diceret: siquidem Dei omnipotentis auxilio fuerat erectus de terræ pulvere ad thronum Israelis: & institerat vestigijs ac erroribus Jeroboami, pro comperto haberet subiturum idem supplicium ingratitudinis: nam politica ratio quæ nititur impietate, secum portat interitum. *Faciam domum tuam, sicut domum Jeroboam.* Noto hujusmodi Dei indignationem: si enim cor generosum æquè obliviscitur injurias sibi illatas, atque beneficia à se collata, cur Deus minatur Baasa propter offensam ab eo acceptam, & collatū illi honorem exprobrat? *Exaltavi te de pulvere, & posui duces super populum meum.* Aliter se gessit Deus erga populum suum, quando per legatū missum ad Pharaonem, exegit illius libertatem ad sacrificandū in solitudine: *Dimitte populum meū, ut sacrificet mihi in deserto.* Cū enim intenderet Deus populum suum in libertatem asserere, illique tellurem promissionis subjicere, & prænosceret illius rebellionem in deserto, solūm recordatur sacrificij, quod ab ipso populo sperabat: nam generosus animus æquè immemor est injuriarum, quas accipit, & beneficiorum, quas confert: solūmque recordatur impensū sibi obsequij.

441 Servator Dominus quando à peccatis, seu injurijs Deo illatis absolvit Magdalenam, coram Phariseo eam multum commendavit de acceptis obsequijs, &

Impietas fert exitū.

3. Reg. 16.

Memoria beneficij, oblivio injuriarum.
3. Reg. 16.
Exod. 5.

Oblivio malorum in Deo.
Luc. 7.

peccata leviter attigit, idque in ordine ad veniam: *Remittuntur peccata tua.* Est enim benigni Dei nostri ingenium meminisse bonorum, quæ facimus, & oblivisci malorum, quæ patramus: si loquitur de peccato, est ad remittendam injuriam; mentio de illo est novum beneficium, quod meditatatur conferre. Cur igitur longè aliter se gessit Deus erga Baasa, ab ipso offensus? Quia debiro supplicio afficere & coercere errores ingratitudinis, est justitia simul & magnitudo: justitia, quia ingratitudo est crimen inter omnia pessimum; magnitudo, quia pretium est beneficij, illud magis mi facere; qui autem non punit ingratum, despicit beneficium, & faveat ingratitudini. Mundavit Christus leprosos, & simul objurgavit ingratos: *Nonne decem missi sunt? & novem ubi sunt? Non est inventus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.* Nam dissimulare cum ingratis est illis favere.

442 Ingrati nullo acerbiori supplicio torquentur, quam beneficiorum memoriā; hæc enim illis manifestat obligationem, & errorum coarguit. Rebellavit populus in solitudine, & indignatus Deus ait Moyse, se rebelles peste infectos deleturum: *Feriam igitur pestilentiam, atque consumam.* Intercessor Moyse pro populo ad Deum, in illius revocat memoriā beneficia, quæ populo contulerat, & supplicium Deus suspendit: *Dimisi secundum verbum tuum.* Quid? si Deus peccatum

illud condonaturus est populo, cur indignatur? Quia indignatio contra ingratos semper est justa; & suspendere pestis supplicium, non fuit condonatio peccati, sed maius supplicium; quia cū Moyse interim referret populo beneficia à Deo accepta, & populus esset ingratus, plus erat torquendus, & consumendus illā beneficiorum memoriā, quàm corporum pestilentia. Hoc instructus documento Jacob, quando exprobravit filio suo Ruben, suam ab ipso maculatam familiā, prædixit obtenturum excellentiam inter reliquos fratres: *Prior in domibus, maior in imperio.* Ut nempe memoriā beneficiorum ejus ingratitudo puniretur, filio tali prædixit, ipsum, postquam fuit ingratus, savendum: & certē ingratitudinem vincere beneficio, contra ingratitudinem, victoria est; contra ingratum, supplicium; quia ingratus non potest non torqueri cognoscens victorem suum adversarium.

443 E vita decessit Baasa, sed non ab erroribus; errores enim Principis correctionem nesciunt; illi igitur successit in regimine & impietate filius Ela, politicus, æque impius ac pater. Regiminis exordium fuit stricto gladio interficere Prophetam Jehu, eo quod præterita ingratitudinis coarguerat ejus parentem: ingrati enim nec Divinam admittunt objurgationem: & Principes, cū se æquè supremos ac irreprehensibiles cogitent, objurgationem vertunt audaciæ, monitionem arrogantia;

Dd nam

Punitio ingratorum.

Luc. 17.

Memoria beneficij torquet ingratos.
Num. 14.

Gen. 45.

Principi impatiens reprehensio.
3. Reg. 16.

nam agrè ferunt putantes iudicio ac probitate sibi superiorem esse illum, à quo monentur. Jeroboamum ablegavit Salomon propter sibi factam ab eo monitionem. Saul impatienter tulit unicam veritatem, & auditis libenter mille mendacijs. Samuel vivens petit veniam à Saule, ut illi veritatem indicet: *Sine me, & indicabo tibi.* At mortuus sine petita venia dolos aperit: *Cras tu, & filij tui mecum eritis.* Nam soli mortui absque metu, & impetrata venia possunt Reges monere. Certè ingratitude magna est respicere utilem increpationem: hæc enim licet quandoque non sit remedium in tempus præsens, semper esse potest monitio in futurum: at Principes illam non ferunt, quia illis aperit culpam, & detegit errorem, quem ne fateantur, malunt ruere in interitum.

444 Si Deus Eliam, qui occiderat prophetas Baal, eripuit à furore Jezabelis, cur non eripuit suam prophetam Jehu ab indignatione Ela, cum ab ipso Deo emanaverit illa objurgatio, & offensa illata servo, ejus domino inferatur? Idcirco David ferro flammaque depopulatus est civitates Regis Amnon, quia se judicavit affectum injurià, qua suis legatis inflicta fuerat. Eripuit Deus Eliam à furibunda Jezabele, quia destinaverat illum ad aperiendos dolos Principibus. Morte ipsa voluit honorare prophetam Jehu, & punire Ela. Honoravit prophetam, quia coronam veritatis ultra reliquas, vera loquentem

condecorat. Sic Christus postquam suum Præcursores cunctis honoribus cumulavit, tandem veritatis coronam insignivit: hanc sibi elegit Christus proprio rubricandam, & purpurandam sanguine: talis fuit spinea corona. Ideo Johannes quando in Apocalypsi vidit Christum multiplici diademate redimitum, *In capite ejus diademata multa*, notavit in eo scriptum esse fidelitatis & veritatis nomen: *Fidelis & verax.* Condecoravit veritas omnes coronas, quia sine veritate esse nequeunt coronæ gloriose.

445 Sic Deus filium suum, sic Innocentiã & prophetam Jehu honoravit, simulque punivit Ela: quia non diu potuit coronam, qui damnat innocentiam. *Tunc Herodes videns quoniam illisus esset à Magis, iratus valde, & mittens occidit omnes pueros.* Non appellat Herodem Regem; quali dignitate & corona regali fuerit privatus eo ipso, quod intellectaretur innocentiam. *Tuli diadema, quod erat in capite ejus, & attuli ad te Dominum meum hæc.* Attulit nuntius ille coronam regiam Saulis ad Davidem: cum enim Saul innocentiam Davidis persequeretur, necesse fuit spoliari coronam. Biennio suam gestavit Ela, qua simul & vita fuit privatus gladio Zambri, sui clientis: *Irruens ergo Zambri percussit, & occidit eum.*

446 Cum arripisset sceptrum Zambri, interfecta & extincta omni familia Baasa, nemini perperit: *Delevitque Zambri omnem domum Baasa.* Nulla enim est belua

lua savior, quam imperij ambitio. Occidit Abimelech septuaginta fratres: & Herodes omnes Bethlehemiticis innocentes. Executioni jam mandata savitia, recepit se Zambri in civitatem Thersa immemor rerum omnium, præterquam idolorum Jeroboami: neque dari poterat oblivio infanior, neque cura improbior.

Fuit oblivio insana: quia post arreptum violenter sceptrum, non cogitavit de illius tutamine & conservatione: certe conservatio sceptri etiam in ijs, qui legitime succedunt, vigilem sollicitudinem postulat. Quod si violentia comparatur, omnis vigilantia necessaria est; nam extrema violentia extremo subest periculo. Cum Adamo paradisi adeptio & possessio nullo steteret labore, vel industria, illi commendavit Deus ut in retinendo & custodiendo laboraret: *Ut operaretur, & custodiret.* Quid? ad custodiam exigitur labor? conservatio paradisi eget Adami labore? Ita: quia etiam comparatum sine sollicitudine non conservatur sine vigilantia: vult Adamus retinere? laboret, invigilet: nam deficiente cura, deficit conservatio. Quia verò Adamus curam deposuit, possessionem amisit. Hæc fuit incuria Adami: & cura Zambri qualis fuit? iam expono.

447 Fuit cura & sollicitudo Zambri impia. Cum enim vidisset Deum punientem familiam Jeroboami propter impietatem, & ipse mandasset executioni supplicium in familia Baasa, voluit

eadem impietate ex ratione politica usurpatum sceptrum retinere; & ideo acerbiori supplicio affectus est: siquidem puniens ingratitude politiam, politicus mansit ingratus: *Non est tui officij.* *Orta, ut adoleas incensum Domino, sed sacerdotum, hoc est, filiorum Aaron.* Si facis erat exponere, tuis Deo adolere ad solos spectare sacerdotes, cur meminit Azarias de illis, qui ab Aarone trahebant originem? Quia voluit in Principis illius memoriã revocare supplicium, quo fuere mulctati Dathan, & Abiron, cum se intromitterent officio Aaronis, & sic monuit, Deum animadvertere severius in eum, qui ad conspectum alieni supplicij propria scelera non corrigat.

§. QUINTUS.

In Principe non tam damnatur error, quam incuria.

448 Perlatum est nuntium rebellionis Zambri ad Gebbethon, ubi castrametatus erat exercitus Israelis, & ab eo statim ejusdem Generalis dux Amri fuit acclamatus Rex. Pluries arma detulere sceptrum, quam successio. Videant Principes, cui committant arma: nam ubi potestas, ibi dominatus. Ubi primùm Amri se agnovit Regem acclamatum, decrevit movere castra, & suum quærere adversarium Zambri: neque enim quis prudenter suscipit egregium facinus, ut in ipsius molitione quiescat, sed labore sedu-

Dd 2 lo

S.
P.
R.
3.

1. Reg. 15.

1. Reg. 10.

Apoc. 19.

Sceptri
conservatio
tuois cura.

Innocentiã
damnans
corona pri-
vatur.
Matth. 2.

2. Reg. 1.

3. Reg. 16.

Ambrosio
seva est.

3. Reg. 17.

Veritatis
coronis.

Dominus
ex po-
testate.

3. Reg. 26.

Labor ad
gloriam
via.

lo prosequatur. Hac de causa nō fuit excitatum templum gloriæ in valle amena, sed in monte valde edito, quò non sine labore fieret ascensus. Nemo enim ex quiete gloriam comparat. Prius Christus ad mortem, quàm ad gloriam ascendit, & montium omnium editissimus crux fuit. Etiam diabolus quando voluit ostendere Christo omnem mundum, & ipse gloriam, duxit in montem editissimum: *Assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.* Nemo comparat gloriam evadens in altum montis cacumen, quin prius difficultates superet: non enim nisi per summos labores ad gloriam ascenditur. Quòd si privato cuique labor summè necessarius est ad acquirendum, & comparandū, Principi maximè, cui ipsomet homines acquirere, & conservare incumbit.

449 Prospexit civitatē Thersa datus in illius conspectum cum universo exercitu Amri, & statim despondens animum Zambri, se recepit in interiora palatia cum sua familia, & admoto de illius mandato circumquaque igne, omnes miserrimo incendio conflagrarunt: *Et succendit se cum domo regia.* Crudelis debilitas Principis ignavi, nata ex incuria, quæ in moderatore plus damnatur, quàm error. Negavit Petrus Christum, & Dominus solo intuitu in eum animadvertit: *Conversus Dominus respexit Petrum.* Obdormivit in horto Petrus, & sta-

tim cum Dominus verbis corripuit: *Simon dormis? Neganter non objurgat, sed dormientem?* Ita: quia in Petro, Apostolorum capite, negare fuit error, dormire incuria: at in corporis mystici capite plus culpari debet incuria, quàm error: siquidem omnes ferè ab incuria pullulant errores.

450 Audax fuit Zambri ad interficiendum suum Regem Elaeique detrahendum sceptrum: & animo defecit, ut se, & usurpatum defenderet ab Amri cliente suo. Nam tyrannus ad offendendum crudelis, ad se defendendum ignavus est: & certè quò ignavior, eo crudelior. Accipiens Herodes infantis Judæorum Regis natalitium, turbatus, ac metu correptus jubet interfici innocentes Bethlehem: cum enim foret ignavus ad timendum, exiit crudelis ad necandum.

Triplici ex causa Zambri infeliciter mortem oppetijt: ex impia status ratione, insanâ incuriâ & ignavo metu. Politica ratio, quæ impietate nititur, semper infelicem peperit mortem, quam multi Israelis Principes subiere: incuria Samsoni exitum attulit: nec savior hostis Principis est, quàm ignavus timor; hic vires & mentem præpedit, ne opereretur quidquid vitæ, & honori suo debet. In rebus arduis enitescit generositas, & pluribus ingenuus valor, quàm degener metus salutis est.

451 Probe agnovit Judas Machabæus periculum, in quod se projecit contra hostes; sed mortem non timuit, ut honori consuleret.

leret. Nam quicumque vitæ propriæ famam substituit, ita morte desinit, ut fama vivat; virtus enim eam habet vim, ut natura ipsa renitente, immortalitati consecret quidquid fragile & caducum est. *Abstulisti rem facere, ut fugiamus ab eis:* (dicebat strenuus Machabæus) *& si appropiavit tempus nostrum, moriamur in virtute propter fratres nostros. & nō inferamus crimen gloriæ nostræ.* Maius discrimen quàm fuit illud Zambri, evasit Gedeon victor. Princeps semper intueri debet extrema, aut stellam esse, aut cinerem: neque enim minus fulgebit quàm stella, si pro vitando turpi dedecore redigatur in cinerem. Jonathan, quia intrepidus, uno comitatus armigero superavit Philistinios, quos si formidaret David, neque vinceret, neque sui populi assertor foret. *Versa est in colubrum, ita ut fugeret Moses.* Injuxit illi Deus ut arriperet serpentis caudam: *Extende manum tuam, & apprehende caudam ejus.* Quisnam inter serpentis apprehensionem, & populi libertatem nexus est, ob quam restituendam Moyses in Ægyptum mittebatur? Magnus nexus est: nam vir, cui difficulta commendantur, esse debet talis, ut ex timore in turpem fugam non conciliatur: nec se intra parietes claudat, ut obsessus flammis infeliciter pereat instar Zambri.

452 Se interfecit Zambri propter timorem natum ex incuria: & Amri obtinuit sceptrum, quod ex cura retinuit: Verùm Amri

possessione sceptri ita factus impius, ut impietate vicerit suos omnes antecessores: *Operatus est nequiter super omnes qui fuerat ante eum.* Erant Principes decem tribuum instar viperarum, quibus ea natura est, ut ex una pramortua nascatur alia. Omnes fuere ingrati, plures ambitiosi & idololatra. Ingratitudo fecit tyrannos, ambitio infames, idololatria sceleratos. Nam ingratus negat reverentiam, honorem, obligationem tam Deo, quàm hominibus: ambitiosus pronus est ad falsitatem, vicietam, invidiam: idololatra gurgis, vel seminarium vitiorum est: qui enim adorat dæmonem, non potest non amare, & omnem in se continere, turpitudinem. Quæro tamen, quodnam sustinuit Amri supplicium ex sua ingratitude & infidelitate? Filium habuit Achab omnium Principum Israelis impiissimum, ex quo nepotes amifere sceptrum unâ cum vita, quin in mundo remaneret memoria aut vestigium talis posteritatis. Nam ingratitude politica secum cum impietate portat supplicium.

CAPUT IX.

Ingratitudo Regis Achab plus omnibus impia & perversa fuit.

§. PRIMUS.

Impius Achab aequè ingratus ac perversus fuit.

453 **S**uccessit Amri in corona & scepro Israelis filius

Dd 3 ejus

Crudelitas cum ignavia iugitur

Matth. 23

Metus de decoras.

Pertus datur immortalis gloriam.

1. Math. 9.

Exod. 4.

Sceptrum peractum ex metu & negligentia 3. Reg. 16.

Memoria impiorum perdenda

Ingratitudo Achab.